



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 69. Translatio Synodi Basileensis per aliam Eugenii Bullam confirmata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

ad Ecclesiam Cathedralē tendit, inde Sæcul. XV.
 vero ad Palatium suum, ubi & perman- A.C. 1438.
 sit. Ab illa tandem Epochā vere Regem
 Franciæ se nominare poterat, in regni sui
 Metropoli firmato imperii folio.

§. LXIX.

*Translatio Synodi Basileensis per aliam
 Eugenii Bullam confirmata.*

Eugenius Papa, cum decretum, quo Ba-
 fileensibus contra suam auctoritatem
 quicquam attentare prohibuerat, per edi-
 ctum Basileensis Synodi in Sessione vi-
 gesima nona conditum violari contende-
 ret, primam suam, qua Synodum Ferra-
 riam transferri statuit, Bullam novo di-
 plomate, hoc anno millesimo quadringen-
 tesimo trigesimo octavo die prima Janua-
 rii edito confirmavit, hujus ferme teno-
 ris: *Ex justis, rationabilibus, & urgentis-* Tom. 13.
simis causis civitatem Ferrariensem pro cele- Conc. n. 16.
brando Concilio etiam œcumenico ex tunc p. 267. &
858. & seq.
nominavimus, transtulimus, & translatum
declaravimus, sed intelligentes, quod in Basi-
leensi Concilio existentes perseverarent in
suo obstinato proposito, vigore cujusdam
prætensi monitorii seu citatorii procedendo,
aut aliam novitatem contra nos, & S. R. E.
Cardinales, vel Præsidentes, aut oratores
nostros faciendo, sperantes ex hac nostra
provisione ipsos a tam periculosis novitatibus
facili-

Sæcul. XV.
A. C. 1438.

faciliter abstinere debere. Verum illi ipsi
vertentes se, ne paci Ecclesiæ & unitati, nec
jam paratæ unioni Occidentalis, & Orientalis
Ecclesiæ accederent, pro qua carissimum
Christo Filium Romæorum Imperatorem, &
Patriarcham Constantinopolitanum diebus
exspectamus, & jam plurimi eorum in
nomen Venetiarum applicuerunt, accusationem
contumaciæ contra nos admittere præsum-
pserunt. Nos igitur tam imminentibus
periculis opportune consulere volentes,
de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E.
Cardinalium consilio & assensu Basiliense
Concilium ad Ferrariensem civitatem fuisse
& esse translatum declaramus, illudque
auctoritate & assensu ac consilio prædictis,
in dicta civitate Ferrariensi celebrandum, ac de
octava proximi mensis Januarii inchoan-
dum, ac continuandum decernimus, auctori-
tate Apostolica mandantes omnibus, & sin-
gulis, qui ad generalia Concilia de jure
tenentur, ad Concilium sic translatum
quantocius se transferre procurent. Nul-
li ergo liceat hanc paginam nostræ declara-
tionis & Constitutionis infringere, vel ei
temerario ausu contraire. Si quis autem
hoc attentare præsumpserit, indignationem
omnipotentis Dei, & Beatorum Petri &
Pauli Apostolorum ejus se noverit incur-
surum. Data est hæc Constitutio Bonon-
niæ.